Quelle:
Copyright:

Aristotel. Analyticor. priorum libb. 2. et posteriorum libb. 2.

5.

Aristotelis Analyticorum priorum libri duo, et posteriorum totidem. Galenus de libris pro-priis T. 4. p. 367. innuit, veram et antiquam inscriptionem Analyticorum priorum fuisse de Syllogismo; posteriorum de Demonstratione. In edit. Du Vallii habentur T. I. p. 73. In codice nostro Titulus est: "Incipit liber primus priorum ana-„leticorum Aristl." Init: " Primum oportet dicere „circa quid et de quo intentio". De versione nihil certi habeo. Ceterum integer codex multis est refertus annotationibus marginalibus.

Jo. Regiomontani Tabulae Directionum.

Cod. LXIII. deest.

Chartac. 4to min. Sec. 15.

A. 54.

Joannis Regiomontani Ludus Pannoniensis, seu Tabulae Directionum profectionumque, cum sinuum Canone ad radium 60000, contra Archi-diacon. Parmensem. Praefixa est Epistola dedica-toria, cujus Rubrica sonat: " Reverendissimo in Xto patri ac domino domino Joanni Archiepis-copo Strigoniensi Joannes de Regio monte se humili-ter commendat;" initium vero: " Magnam esse admodum et fuisse semper in edendis libris" etc. Finis: " quas ubi pro acumine ingenii tui pro-„baveris in publicum prodire jubeto Vale presulum „decus". Sequitur dein institutio de usu tabularum